

	060	
<i>OLPHI PRÆCEPTA.</i>	37	
<p>ventus forenses, Emporia, Mercatus frequen- tiores. Munitiones celebres, Promontorii, Por- tus, loca eventibus nobilitata; Mathematicorum etiam, qui sideribus obseruandis operam dede- runt, habitationes, obscurioris cæteroqui nomi- nis. Si qua in hoc censu sunt à me præterita, juris aut æquii, aut potioris; id impudent vicinis aliis, qua omitti non poruerunt. Fortassis etiam loca quedam provinciis non suis sed viciniis adscrip- ta invenies: quia memoria defecit peto condo- nari. Non equidem hic jura cernuntur Territo- riorum, sed notioni subvenient exterorum.</p> <p><i>Descriptio Catalogi locorum numerorum ordinum posteriorum Altitudinum Poli in Gradibus &amp; Scrupulis; prior differentiae Meridianorum in Horis &amp; Minutis, cum titulo Additionis in Orientalibus, subtractionis in Occidentalibus.</i></p> <p><i>Quae tides alterius inveniuntur in locis Poli?</i></p> <p><i>Vide p. 38.</i></p> <p><i>Alt. Pol. Parvior.</i></p> <p><i>Do Longitudinibus locorum.</i></p> <p><i>Modi in dandis differentias Meridianorum.</i></p> <p><i>Solit. Eclipsium utilitas.</i></p>	<p>stantia temporaria diversarum phasium ex calculo; sic, ut etiam diverse inter se comparari pos- sent diversis locis obseruatae; &amp; ratio abstrahen- di parallaxes est certissima &amp; excutissima in his Tabulis. Adde quod sedulus Observator, quan- titates phasium crescentis &amp; decrescentis, circu- no potest explorare in tabella, in quam radius Solis incidit.</p> <p>Cum igitur novum &amp; insolens quippiam me in hoc Catalogo auctum deprehenderint Ma- thematici; eos rogatos velim; ut primò omnium fundamentum Chartæ Geographicae ex- aminent, cuius indicio se putant inolentiam nu- merationis meæ detegere; deinde ut fundamen- ta ipsa plura Chartarum inter se comparent, dis- sentionesq; authorum, ex quibus illæ sua funda- menta perierunt, ob oculos ponant; reputentq; nullam Chartis ab usurpationis diuturnitate ma- jorem autoritatem accedere, quam erat obser- vationis, cui unaquilibet effunixa. Et aliquid fanè tribuendum chartis singularium provincia- rum singulis, si ab incolis diligentibus sunt con- fectæ: at id ad solam ejuðem provinciæ locorum dispositionem pertinet, adq; vicinarum limites communes; ad provincias longè diffinas, inter se coaptandas, extendi non potest. Si Geographus bene locavit Lutetiam, non male locabit urbes reliquæ Gallie; fin à Lutetia cepit, erravitque dimidio gradu, error idem in totam redundabit Galliam, falsis intervallis particularibus.</p> <p>Quod igitur Poli altitudines attinet; omnis eorum certius pendet ab observationibus cœ- lestibus. Cum autem paucis in locis sit observa- tum, nec id semper accuratè: Tabularum Geo- graphicarum authores ea loci à Mathematicis defumunt, loca vicina unius &amp; ejusdem provin- ciae pro ratione propinquitatis itinerariae &amp; pla- ga, accommodant; sèpè etiam Geographia Pto- lemai fidunt, qui solam ferè longitudinem diei æstiva longissimæ, ut eam ex relatu aliorum ha- bere potuit, est secutus.</p> <p>Mappis jam confectis hodie Mathematici utuntur, tanquam authenticis, versâ sc. rerum serie: pauci attendunt, quam imbecillibus illæ principiis sint innixa. Hinc adeò varietas aliqua oritur etiam circa Poli altitudines, quod mireris. Lutetiae Parisiorum dat Tycho in Catalogo à Longimontano correc̄tæ 48°. 10', cum Ferne- lius &amp; Orontius Mathematici posuerint 48°. 40'. Vieta recentior 48°. 49'. Tabula tamen Geographice Mercatoris &amp; Piscatorii, tenet Orontium proprius, quas ego secutus, posui 48°. 39'.</p> <p>Quod Longitudines attinet Locorum, seu differentias Meridianorum; hic res sit multo perplexior: cum ab observationibus magis de- feramur. Extant quidem Epichitemata varia, differentias indagandi Meridianorum, per obser- vations: sed ut fieri solet, in plurisq; plus est in- genij, quam comoditatis ad opus peragendum. Et de ceteris quidem modis, non est hic locus diferendi: de uno, qui observatione Lunæ uti- tut, in Nonagesimo versantis, dicam infra.</p> <p>Mihiad concinnandum hunc Catalogum servivit hæc unica obseruatio ratio, per diversos, junctis operis administranda: cum in diversis lo- cis obseruantur phasæ certæ unius &amp; ejusdem Eclipsis. Hæc obseruatio est rarissimi casus; sed magno studio in concinnatione hujus Catalogi conquisita. Nec; tamen de fide Observatorum in aliis locis semper certus esse potui, nisi cum di- versi inter se conseruantur.</p> <p>Circa hunc modum illud in primis est ob- servandum, Solares Eclipses, præfertim magnas, esse multo aptiores Lunatibus. Initia enim ea- rum vel fines accurate agnoscantur; daturq; di-</p>	<p><i>Excusati mutationū in hoc casu logo.</i></p> <p><i>Quae side chartis Chorogra- phicis?</i></p> <p><i>Roma in se- cundam meridianum relata, quam tota sequitur Italia. Fundamentum retigi in calce Tab. f. 36.</i></p> <p><i>Littera O- ceani Germanici con- traria.</i></p>
	058	
	064	
	054	
	069	
	049	
	109	
	009	
	159	
	Ende	
	Anfang	